Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

possit, argo L. si vnus 27 §. pactum in fin: ff. de pact: adeo prorsus ut melius esse dicatur uerba nihil operari quam ea contra naturam ac ius intelligere per L. si uno in princ. ff. locati Car: Molin. supra dicto loco in consu. Paris. tit. 1. §. 12. glos. 1. n. 5. Wesenb. cons. 73. n. 23. p. s. 4.

Cum igitur pactum, quo foemina ad feudi successionem admittuntur, plane odiosum esse censeatur, sequitur id non debere ulterius, quam ad primum actum extendi. Grauet. cons. 161. n. 7. Dec. cons. 562. n. 7. & cons. 541. n. 8. Wesenb. cons. 51. n. 12. Nec enim opus est, ut pactum in omnibus suis Verbis aut generaliter operetur, sed sufficit id in uno etiam minimo effectum habere, in reliquis omnibus eo ad naturam contracto sicut dispositionem Juris reuocato. Roman. cons. 199. n. 6. Paris. cons. 110. n. 6 lib. 3. Ulex: in L. 3. §. praetor. col. 4. ff. de damno infect. Ceph. cons. 104. n. 12. Menoch. cons. 329. n. 40. Semper enim in eo elaborandum est, ut contractus hic feudalis intra suos terminos contineatur. per supra dicta. & per not. Bald: in Lib. C. de contrah. Empt. Dec. in L. quoties. item

n.